

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Carmen Octavum. In Diem Parasceves.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

Crede mille tui meritorum pondera, & Ejus
Admirari apices ^z: ut sic perducatur in unum,
Viscera visceribus Christi concordia reddens ^z!

CARMEN OCTAVUM.
IN DIEM PARASCEVES.

*Ut peccati poena, in Passione Domini, est maximè horribilis; ita non minus
culpa omnis, tanquam causa, & deploranda & fugienda est.*

SCAZON.

A Ttolle vultûs, obstupeſce Peccator!
Laborat, ecce! in morte fixus horrendâ,
JESUS, Tonantis gnatus, & tui Vindex.
Non ille crimen perpetravit infandum,
Percuſſor ut de factione Barabbas:
Nil iſte, nil orſus mali, nihil fecit ^a.
At ecce, portat quale pondus & quantum!
Hæſterna lux pallens maligna Latronum
Conſulta nigrum diſtrahebat in tempus;
Primordia, heu! ne cerneret nefandorum.
Nunc, quando rurfus ſol equis fatigatis

Ccc 2

Su-

(z) *Eph. III, 17, 18, 19. Philipp. II, 9, III, 8, 9, 10. &c.*

PARALLELISMUS CARMINIS VIII.

(a) *Luc. XXIII, 22, 41. Job, XLIX, 38. XIX, 4. 6.*

Suprema scandit; quando plenus effundit
 Vitale donum, nesciens, se ubi abscondat,
 Obire cū Solem videt Creatorem;
 Involvit atris nubibus caput sacrum ^b,
 Ut terra cum ponto atque Olympus horrescant.
 Dic, ille portet quale pondus & quantum!

Noctis per horas, quæstionibus pravis
 Plagam inferens ^c, infesta turba delusit
 Regem & Prophetam maximum, & Sacerdotem.
 Dictu tremendum! per flagella servorum,
 Gentilium per sputa, missa in os sanctum,
 Per tot cruentos asperæ necis tractûs,
 Raptavit ipsum grex sacer sacerdotum ^d:
 Regnator immortalis ut nec humanam
 Homo ampliùs formam gerens, neque apparens
 Mortalis, esset mortis horror & pallor ^e.
 Dic, quæso, portet quale pondus & quantum!

Affigitur Rex optimus crucis trunco,

Na-

(b) *Matth. XXVII, 45. Marc. XV, 33. Luc. XXIII, 44, 45. AUGUSTINUS, de Civit. D. I. III. c. 15. Solis defectio est, cū Dominus crucifixus est crudelitate atque impietate Judæorum. Quam solis obscurationem non ex canonico siderum cursu accidisse, satis ostendit, quod tunc erat Pascha Judæorum: quod plenā lunā solenniter agitur. Regularis autem solis defectio, non nisi lunæ sine, contingit. (c) *Joh. XVIII, 22. (d) Matth. XXVI, 67. XXVII, 28, 29, 30. Luc. XXII, 63. &c. (e) Joh. XIX, 5.**

Natura quem foetum edidisse complorat.
 Ah! pendet inter Regiam Patris summi,
 Imamque tellurem, hoc malo fatifcentem:
 Nec maluit, nec velle maluit solvi f.
 E corpore omni liquitur Dei sanguis g:
 Jamque ante finem, se sitire h, proclamat;
 Jamque oppetit, præ mole verticem inclinans i.
 Dic ergò, portet quale pondus & quantum!

Si nulla novit crimina ipse per vitam,
 Evangelistæ testimonio ut fatur:
 Vestrum quis ullo me arguet vel errato k?
 Virente ligno extrema fata perpeffo,
 De semper arescente vite quid fiet l?
 Quàm sæva magni dextra Numinis, Natum
 Quæ sic premit; Natum, salutis autorem,
 Natum suæ, quem & sanctitatis exemplar
 Commendat orbi, comparem voluntati m!
 Quisnam hic ferox hunc, filium obsecundantem,
 Cingit furor? virtusné mitis irritat
 Iram paternam; ac si Pater, paternorum
 Morum immemor, sit lenitatis oblitus,

Ccc 3

Se-

(f) *Matth. XVI, 23. Marc. VIII, 33. Luc. XXII, 51. Johan. XVIII, 11.* (g) *Act. XX, 28.* (h) *Joh. XIX, 28.* (i) *Joh. XIX, 30.* (k) *Johan. VIII, 46.*
 (l) *Luc. XXIII, 31.* (m) *Matth. III, 17. XVII, 5. Luc. IX, 35. 2. Petr. I, 17.*

Severitate in Veritate ⁿ abutatur?
 Vel tu, putas si indigna dicta, dic: Gnatus
 Quid inclytus fert tale pondus & tantum?

Attolle vultûs, ingemisce Peccator!
 Peccata sunt. peccata nulla, respondes,
 Commisit ^o. ergò te intueri tu totum,
 Qui totus horres pravitate pollutus.
 Aut portat ille ex se mala; aut, reportavit
 Tormenta pro te, bajulans tuas sordes ^p.

Haud tolle vultûs: erubescere Peccator!
 Omisit is nullum genus ferendorum,
 Omissa ob ipsa mille nostra maclatus ^q.
 Si tu profundâ mente, Protoplastorum
 Primum nefas, cum labe, quâ laboramus,
 Intra tuum pectus sinumque vestigas:
 Demitte frontem, atque exsecrare peccatum ^r.
 Necis sit umbra, ac sit tibi Cruci affixum!

Sed tolle vultûs: acquiesce Peccator!
 Hæc cuncta, quæ divina vulnerum lustras,
 Delicta delent omnia, & graves noxas ^s;

Si

(n) *Joh. XIV, 6. Eph. IV, 20, 21.* (o) *Esa. LIII, 9. 2. Cor. V, 21. 1. Petr. II, 22.* (p) *Ef. XLIII, 24. LIII, 5.* (q) *Esa. LIII, 5, 6, 7. 1. Petr. II, 24.* (r) *Rom. VI, 21. Philipp. III, 19.* (s) *1. Petr. II, 24, 25. 1. Jo- han. I, 7.*